



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

325. feria 4. de Contemplatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

M E D I T A T I O C C C X X V .

Feria 4. Domin. 22. post Pentecost.

De Contemplatione.

R Elicita D. J E S U S vitâ activâ ad Contemplativam versus intuebor eum , velut aquilam in ecclâ evolantem , sensuum compedibus reliquis. Petam donum Contemplationis.

Conf. 1. Contemplatio est simplex intuitus veritatis , quæ ab amore inchoat , & in amorem Dei , seculique contemptum terminatur.

Conf. 2. Incitamenta . 1. Pulchritudo Dei , Christi , & rerum exteriarum , quæ Contemplatione videntur. 2. Suavitas , quæ in ea percipitur , perfectio , quæ addiscitur. Exemplum Christi , qui pernoctabat in oratione Dei , & exultavit Spiritu sancto. Mans Deum Patrem amore complacentia , & benevolentia . Item Apostolorum , & Sanctorum omnium . 4. Quia nequaquam poterimus escarum presentium spernere voluptates , nisi mens contemplationi divina defixa amore virtutum potius , & pulchritudine caelestium delectetur , Ita Cassianus lib. 5. Instit. cap. 14.

Conf. 3. Actiones 1. Relictis omnibus exterioribus , in simplici Dei notione quiete . 2. Ex cognitione rerum externarum
ae sen-

572 Feria 4. Domin. 22. post Pentecost.
ac sensibilium ad intelligibilia pervenire,
ibique discisu silente affici 3. Ex una re
cognita, ut ex parte totum, ex contrario con-
trarium cognoscere, ibique intellectu quie-
scere. 4. Verlari circa nosmetipos, circa San-
ctorum, & totius Ecclesiæ virtutes, circa no-
bilitatem Patriæ cœlestis, circa Christi vitam
& mortem, circa Dei Majestatem, ejusque
attributa, ex infinitis, hic centum deinceps
contemplanda proponentur, circa quorum
contemplationem B. Borgias suscit S. The-
resia, ut semper inciperet ab aliqua parte
Passionis Domini, sineret se deinde ferri à
Spiritū. Agitur de Natura Contemplationis
Meditat. 400. plenè.

MEDITATIO CCCXXVI.

Feria 5. Domin. 22. post Pentecost.

De perfectionibus divinis.

V Idebo duplices radios Sole clariores, à
Veritate æterna Dei prodeuntes, quo-
rum uno indicat se, & amatur; altero indi-
cat quemque sibi, & excitat odium proprium
sui. Petā ex perfectionibus divinis agnoscere
Deum, & me, indēque oriri duos affectuum
in me fontes, amorem Dei, & odium mei.

Conf. I. Quomodo bona omnia, quorum
specie ad peccandum alicimur, in Deo me-
liora reperiantur; & quidem I. Si melius est
esse,